



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 48. Zwinglius more Lutheri contra Indulgentias declamat

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

bat, ex quibus ille haud modicam auri sacerdotalis sumمام colligebat.

A.C. 1519.

§. XLVIII.

Zwinglius more Lutheri contra indulgentias declamans.

Zwinglius, quod tam ampli lucri spe de-  
jactus esset, gravi indignatione com-  
movebatur, cumque abjectus, ac venalis  
ejus animus haud ipsi permitteret, ut  
iram suam moderaretur, maluit in con-  
vitia contra indulgentias erumpere, quam  
tacere, quamvis religioso silentio longe  
magis suo honori consuluisset. Re per-  
cepta præfatus Monachus adversus Zwin-  
glium prædicare cœpit; unde veritatis  
cathedra non sine populi offensione al-  
tercationibus, ac ejusmodi sermonibus  
profanabatur, in quibus Præcones gre-  
gem instruere haud solliciti nonnisi suos  
utrinque adversarios convitiis proscinde-  
re certabant. Paulo post Zwinglius ab  
indulgentiis, quas deridebat, continuato  
errore transiit ad impugnandam Papæ  
auctoritatem, ad ipsam Sacramenti Pœ-  
nitentiae naturam, ad meritum fidei, ac  
piorum actuum effectus, cunctosque ho-  
sce articulos aggrediebatur, non veri-  
tatis dilucidandæ studio, sed privatas  
suas opiniones, erroresque venditandi,  
ac tuendi pruritu. Hugo Constantiensis

113 Episco-

Sæcul.XVI. Episcopus Zwinglium nonnisi abusus per-  
A.C. 1519. stringere, ab initio ratus, declamationi-  
bus illius adeo non restitit, ut eum etiam  
ad prosequendum zelum animaret, suum-  
que illi præsidium promitteret. Tanti  
Viri patrocinium Zwinglii audaciam non  
modo firmavit, sed longe acrius incen-  
dit, erroresque suos totidem Evangelii  
veritates vocare omnino non erubuit,  
tandem vero Episcopus, ubi Zwinglium  
adversus ipsam fidem declamare cognovit,  
nimiam datæ facultatis facilitatem  
suam damnavit, ille autem Præsuli per-  
fricta fronte declaravit, quod invito licet  
Episcopo, ac Pontificis Legato, nibilomin-  
nus prædicaturus sit. Ergo ineunte  
jamjam anno Domini millesimo quingen-  
tesimo decimo quinto sermonibus suis  
invehi cœpit non modo in indulgentias,  
sed etiam in Sanctorum invocationem,  
Missæ sacrificium, leges Ecclesiasticas,  
vota, Sacerdotum cælibatum, & absti-  
nentiam a carnisbus: Illo tamen tempore  
nondum externum ac publicum Religio-  
nis cultum immutavit.

*Ulemburg. in  
vit. Et gest.  
Luther, 5.  
Raynald. an.  
1520. n. I.*

Non minus Lutherus nominis sui fa-  
ma elatus, audacia crescebat: Exeun-  
te enim hoc anno sermonem de commu-  
nione vulgavit, in quo affirmabat, quod  
ille, qui Sacramentum nonnisi sub una  
specie recipit, integrum non recipiat, ac  
inde optandum, ut communio sub ultra-

que

que specie in quodam Generali Concilio Sæcul. XVI.  
ab Ecclesia denuo institueretur, ne fide-

A.C. 1520.

les Sacramenti integritate frustrarentur.

Vix libellus iste lucem aspexerat, cum  
illico Misniæ Episcopus illum proscribe-  
ret velut Concilii Lateranensis definitio-  
ni contrarium, atque compositum ad du-  
bia fuscitanda fidelibus, qui communio-  
nem sub una specie fuscipiunt.

## §. XLIX.

*Lutherus a Misniensi Episcopo  
proscriptus.*

Lata est hæc censura die vigesima quar-  
ta Januarii Anno Salutis millesimo  
quingentesimo vigesimo, cui mox Luthe-  
rus alium opposuit libellum, in quo equi-  
dem fatebatur, Christum Dominum sub  
qualibet specie integrum contineri, nec-  
non a fidelibus Lateranensi Concilio ob-  
temperandum, atque usum ab eo stabili-  
tum esse tenendum: declaravit tamen,  
quod ipsius propositio velut schismatica  
aut scandalosa nullatenus damnari posset,  
cum ipse tantum exoptasset, ut Ecclesia  
in quodam Generali Concilio communio-  
nem sub utraque specie restitueret; „nam  
„ si, inquietabat, meam damnas propositio-  
„ nem, illam ex conditionali in absolu-  
„ tam transmutas, negasque Concilio

I i 4

gene-